BIBLIOTECA

MEDINACHELI
DEL DVQVE DE


MEDINACHELI
BIBLIOTECA
DEL DVQVE DE

A-119
1252

R/21460

CONSTITVTIONES,

INSIGNIS COLLEGIJ,

SANCTI ILDEPHONSI,

AC PER INDE TOTIVS ALMÆ

COMPLVTENSIS ACADEMIA.

AB ILLVSTRISSIMO, AC REVERENDIS-simo Domino Fr. Franciſco Ximenio, Cardinali Sanctæ Balbinæ, & Archiepiſcopo Toletano, eiuſdem Collegij, & Academiæ vnico fundatore, olim ſancitæ.

52-3.



Anno 1716.

CVM LICENTIA.

COMPLVTI, Ex Officina Iulianij Garcia Briones, Typographum Vniverſitatis.

BIBLIOTECA REGIONAL DE MADRID
Comunidad de Madrid

INDEX CONSTITVTIONVM

QVÆ IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

De titulo: & invocatione Collegij, & de numero Collegialium, & Capellanorum. fol. 2.

De Rectore, & Consiliarijs Collegij. fol. 3.

De forma eligendi Rectorem, & Consiliarios. fol. 3.

De tempore Rectoriæ, & Consiliariatus. fol. 6.

De absentia Rectoris, & Consiliariorum, & de modo eligendi Vice-rectorem, & vice consiliarios. fol. 6.

De vacatione præbendarum, & de electione Collegialium. fol. 7.

De qualitate eligendorum ad præbendas, & de curſibus per eos neceſſario faciendis. & de tempore quo permanebunt in Collegio. fol. 9.

De habitu, & honeſtate Collegialiu, & de evitandis quibuſdam muſicis iſtrumentis, & ludis, fol. 11.

De electione Capellanorum, & eorum officio, & qualitate, & quanto tempore permanebunt in Collegio. fol. 13.

De abſentia collegialium, & capellanorum. fol. 15.

De miſsione præbendatorum extra Collegium. fol. 16.

De electione familiarium. fol. 17.

De portioniſtis neceſſario in collegio recipiendis. fol. 18.

De cameriſtis, & ſocijs cameriſtarum ac tredecim pauperibus eligendis. fol. 20.

De hora prandij, & cœnæ, de modo ſerviendi ad menſam, & lectione ibidem facienda. fol. 21.

De ordine ſedendi ad menſam, & portionibus diſtribuendis. fol. 23.

De electione camerarum, & quòd ſinguli collegialium ſoli habitent in cellis. fol. 25.

De clauſurâ domus, & quod nemini liceat extra Collegium pernoctare. fol. 26.

De exceſsibus Rectoris, & Conſiliariorum atque Collegialium Capellanorum, & aliorum officialium. fol. 27.

De pœnis contra facientes, vel ſurripientes aliquid de bonis Collegij. fol. 29.

De libraria Colegij. fol. 29.

De archivis Collegij, & depoſitis non recipiendis. fol. 30.

De libris poſſeſsionum, & redditum. fol. 31.

De bonis Collegij non alienandis nec mutandis, & edifficationibus, & reparationibus noviter faciendis. fol. 32.

De theſaurario, & alijs officialibus Collegij. fol. 33.

De perſonis deputandis per ſingulos annos ad rationes exigendas. fol. 36.

De officio divino in capella perſolvendo, & quibus temporibus confiteri, & Euchariſtiam ſummere teneantur. fol. 39.

De ſuffragijs pro anima ipſius fundatoris, & aliorum defunctorum præſtandis. fol. 42.

De proceſsionibus, & ſermonibus, certis diebus ſolemnibus faciendis. fol. 43.

De infirmis curandis. fol. 44.

De tempore peſtis. fol. 45.

De Collegijs pauperum. fol. 47.

De Religioſis in Monaſterio Collegij recipiendis. fol. 48.

De electione regentium, & lectorum. fol. 52.

De ſalarijs regentium, & lectorum. fol. 58.

De abſentia regentium, & lectorum. fol. 59.

De lecturis, & exercitamentis ad quæ tenentur regentes artium. fol. 6.

De curſibus, & examine Baccalariandorum in artibus. fol. 62.

De curſibus, & examine Licentiandorum in artibus. fol. 64.

De licentijs Artium. fol. 66.

De gradu magiſterij Artium. fol. 67.

De Cathedris Theologiæ, & tempore quo durabit eorum regentia. fol. 68.

De exercitamentis Theologicis, & diſputationum frequentia in eadem facultate. fol. 70.

De

De curſibus Baccalariorum in Theologia, fol. 71.
De curſibus licentiandorum in Theologia, fol. 72.
De licentijs Theologorum. fol. 75.
De doctoratu Theologico. fol. 76.
De cathedris medicinæ, & eorum ſalario. fol. 77.
De curſibus Baccalariorum, & licentiandorum in medicina. fol. 78.
De examine licentiandorum, & gradu licentiæ & Doctoratus in medicina. fol. 79.
De cathedris iuris canonici, & earum ſalario. fol. 80.
De gradu baccalariatus in iure canonico, fol. 82.
De gradu licentiæ in iure canonico. fol. 83.
De gradu doctoratus in iure canonico. fol. 85.
De his qui volunt gradum alibi ſuſceptum iterum ſibi conferri, & admittendis curſibus alibi factis. fol. 85.
De lectoribus in grammatica, & rethorica, & eorum ſalario. fol. 86.
De licentia erigendi aliquas cathedras. fol. 88
De Notario ſive Tabellione Vniverſitatis fol. 89.
De Vedellis. fol. 90.
De perſonis Vniverſitatis non convenientes niſi coram ſuo proprio iudice, & de pœnis eorum qui contravenerint. fol. 91.
Quòd nemini intra amœitum Collegij alio, quam latino ſermone vti liceat. fol. 92.
De viſitatione Collegij. fol 93.
De obedientia Rectori præſtanda ab omnibus de Vniverſitate & à quo tempore incipient gaudere privilegijs. fol. 96.
De numero, & electione Conſiliariorum Vniverſitatis, & ipſorum officio. fol. 97.
De honeſtate perſonarũ de Vniverſitate. f. 98.
De forma iuramenti regentium, & lectorum. fol. 98.
De forma iuramenti Cappellanorum, & collegialium. fol. 99.
De forma iuramenti portioniſtarum, & cameriſtarum familiarium, & ſociorum, fol. 100.
De forma iuramenti ſcholarium, & aliorum de Vniverſitate cuiuſcumque gradus exiſtant fol. 101.
De protectoribus Collegij, & Vniverſitatis. fol. 101.
De volumine conſtitutionum, & tempore quo ad menſam ſunt legendæ. fol. 103.

INDEX CONSTITVtionum Collegiorum pauperum.

DE electione, & qualitate eligendorũ. fol 106
De iure, & modo præſentandi ad aliquas præbendas. fol. 107.
De alimentis, & ſtipendio Capellanorum, & ſcholarium. fol. 108.
De tempore quo ſcholares pauperes in Collegio permanebunt. fol. 111.
De officio capellanorum. fol. 113.
De obedientia Rectori præſtanda, & habitu collegialium pauperum. fol. 114.
De forma iuramenti capellanorum, & ſcholarium pauperum. fol. 114.

FINIS.

INSIGNIS COLLEGIJ SANCTI ILDEPHONSI, AC PERINDE TOTIVS ALMÆ Complutensis Academiæ Constitutiones.

AB ILLVSTRISSIMO, AC REVERENDISSIMO Domino Fr. FRANCISCO XIMENIO, Cardinali Sanctæ Balbinæ, & Archiepiscopo Toletano, eiusdem Collegij, & Academiæ Fundatore olim sancitæ.

IN DEI NOMINE AMEN. Noverint vniversi, & singuli præsentes litteras inspecturi, quod Anno à Nativitate Domini millesimo quingentesimo decimo, in ditione tertia decima, die vero vigesima secunda, mensis Ianuarij, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri D. Iulij Divina providentia Papæ secundi, Anno septimo. In Oppidò de Alcalà de Henares, Toletanæ Diocœsis, in Domibus solitæ habitationis Illustris, ac Reverendissimi in Christo Patris, & Domini D. Fr. FRANCISCI XIMENEZ DE CISNEROS, Sacro-Sanctæ Romanæ Ecclesiæ tituli Sanctæ Balbinæ Presbyteri Cardinalis Hispaniæ nuncupati, Sanctæque Toletanæ Ecclesiæ Archiepiscopi, Hispaniarum Primatis, ac Regnorum Castellæ Maioris Cancellarij, &c. In mei Notarij publici testiumque infrascriptorum ad hæc specialitèr vocatorum, & rogatorum præsentia. Præfatus Illustris, ac Reverendissimus Dominus Cardinalis, authoritate Apostolica sibi per Sanctissimum Dominum nostrum concessa, prout in litteris Apostolicis indè confectis plenius continetur, statuit, ordinavit, & stabiliuit constitutiones, & ordinationes infrascriptas pro Collegio, sub titulo, & invocatione Sancti Ildephonsi, per ipsum Reverendissimum Dominum in commemorato suo Oppido de Alcalà de Henares, à fundamentis propè Monasterium Sancti Francisci, ipsius Oppidi ædificato. Quas præcepit per Rectorem, Regentes, Lectores, Capellanos, Collegiales, Doctores, Magistros, Licenciatos, Bacchalaureos, Porcionistas, Cameristas, Socios, & vniversos, & singulos, scholares, ac Officiales, ipsius Collegij, & Vniversitatis, & cæteros quoscumque quos infrascriptæ constitutiones concernunt, sive tangunt, aut tangere possunt, quomodolibet in futurum, sub penis in eis-

dem contentis inviolabiliter obſervari. Reſervato eidem Reverendiſſimo Domino iure addendi, minuendi, corrigendi, & interpretandi cum ſibi congruum viſum fuerit. Quæquidem Conſtitutiones, prout præfata authoritate Apoſtolica fuerunt editæ, ſtabilitæ, & ordinatæ, ſequuntur huiuſmodi ſub tenore.

De titulo, & invocatione Collegij, & de numero Collegialium, & Capellanorum. I.

IN primis ſtatuimus, & ordinamus, quòd in noſtro Collegio, quod nos auxilio divino ſub titulo, & invocatione Sancti Ildephonſi, intra muros noſtri Oppidi de Alcalà de Henares, à fundamentis conſtrui fecimus, dotavimus, atque ereximus ſint perpetuis futuris temporibus triginta tres Præbendari, quorum vnus ſit caput, & Rector totius Collegij, & Vniverſitatis, & tres eorum ſint Conſiliarij. Sint etiam vltra prædictos in eodem Collegio duodecim Capellani Sacerdotes Seculares, quorum duo teneantur miniſtrare Sacramenta neceſſaria omnibus, & ſingulis habitantibus in Collegio, tanquam proprijs Parrochianis, vocenturque ratione præfatæ miniſtrationis Capellani Maiores. Sit etiam vnus ex alijs Capellanis Sacriſta maior, ad quem pertineat cuſtodia, & ſolicitudo eorum, quæ ad Eccleſiam Sancti Ildephonſi, quæ eſt intra præfatum Collegium ſpectant, & alia ad eius officium concernentia, vt inferius explicabitur: reliqui verò novem Capellani ſint in partem, & ſolicitudinem totius regiminis, & adminiſtrationis, eorum quæ ad miniſterium, & ſervitium Eccleſiæ præfatæ, & alia quæcunque negotia ipſius Collegij pertineant quo quomodo prout Rectori, & Conſiliarijs viſum fuerit expedire, qui appellentur Capellani minores, & in abſentia, aut propter impedimentum Capellanorum Maiorum teneantur ea adimplere, quæ Capellanis Maioribus incumbunt, illis videlicèt, quibus Rector id iniunxerit. Cohabitentque, tàm Sacriſta maior, quàm præfati novem Capellani minores in cameris, quæ ſunt propè Sacriſtiam, & in alijs habitationibus eidem Capellæ contiguis, ad hoc deputatis, niſi ex aliqua iuſta cauſa viſum fuerit Rectori, & Conſiliarijs forè magis neceſſarium, vel vtile, aliquem, ſeu aliquos eorum in aliqua parte alia Collegij eſſe collocandos. Deputenturque à Rectore, & Conſiliarijs duo ex præfatis novem Capellanis, vt principalitèr intendant cum Sacriſta maiori circa eius officium, ſicut idem Rector, & Conſiliarij diſpoſuerint. Sint inſuper in eodem Collegio duodecim Familiares, quorum Familiarium vnus ſit diſpenſator minor; alius verò coquus; reliqui autem decem deputentur pro ſervitio communi Domus, ad arbitrium Rectoris, & Conſiliariorum. Habeatque præfatus diſpenſator minor pro ſa-

ſalario ſingulis annis quadraginta argenteos, coquus autem habeat, quod Rectori, & Conſiliarijs videbitur, dum tamen non excedant ſummam octoginta argenteorum, alij verò decem habeant ſinguli viginti argenteos. Et inſuper cuilibet dictorum Familiarium detur ſingulis annis vna veſtis ſuperior, quæ dicitur clamis, & ſit eius coloris quo veſtiuntur prebendati licèt ſit minoris pretij.

De Rectore, & Conſiliarijs Collegij. II.

ORdinamus etiam quod ex dictis triginta tribus Collegialibus quolibet anno, in vigilia Sancti Lucæ Evangeliſtæ, eligatur vnus Rector, & tres Conſiliarij, quibus incumbat onus regiminis, & gubernationis ipſius Collegij, Rector verò in vniverſis actibus, & negotijs, congregationibus, electionibus, examinibus, graduum collationibus, quæ fiunt ſine rotulo (nam in talibus ſerventur conſtitutiones noſtræ, inferius poſitæ, vbi de rotulis conficiendis agitur) ac alijs omnibus quovis modo gerendis, & exercendis habeat potiſsimum locum, & primam vocem. Et interſit vniverſis actibus, & negotijs tanquam caput, cuius arbitrio cuncta ferè in noſtro Collegio, & Vniverſitate moderanda relinquimus. Et in electione Rectoris, & Conſiliariorum, Capellani non habeant vocem activam, nec paſivam, quia nec nomine Collegialium eoſdem volumus comprehendi: ab huiuſmodi officijs Rectoriæ, & Conſiliariatus nullus Prædictorum Collegialium ſe excuſet, ſed eodem die quo fuerint electi abſque aliqua excuſatione ſub pœna expulſionis à Collegio eadem officia acceptare teneantur.

De forma eligendi Rectorem, & Conſiliarios. III.

PRovidam, & circunſpectam oportet adhibere conſiderationem in electione Rectoris, vt quemadmodum ipſius Collegij, & Vniverſitatis futurus eſt caput, ita etiam meritis, & virtutibus, rerumque experientia cæteros antecellat. Vndè ſtatuimus, quod octava die ante feſtum Sancti Lucæ congregentur omnes Collegiales in Clauſtro dicti Collegij, quibus Rector denunciet futuri Rectoris electionem, admoneatque eos, vt ſecum cogitent, quis commodius in Rectorem poſsit eligi, deindè in vigilia S. Lucæ poſt celebratam ſummo manè Spiritus Sancti Miſſam, Clauſtrū per Rectorem convocetur, & teneatur. Et Capellanus qui prædictam Miſſam celebravit, ſimul cum Notario clauſtri, præſtito prius ab eiſdem iuramento de ſecreto eorum quæ in clauſtro fient ſervando, recipiat ab omnibus, & ſingulis Rectore, & Conſiliarijs, ac Collegialibus ſolemne iuramentum, quod eligent in Rectorem, quem crediderint ſufficientiorem, & magis idoneum ad regimen dicti Collegij, & totius Vniverſitatis, & in

Consiliarios eos,quos crediderint idoneos,& sufficientes ad Consiliariatus officium. Et volumus quod postquam in clausstro ad huiusmodi electionem Rectoris, & Consiliariorum faciendam ingressi fuerint, nemini liceat amplius à clausstro exire, donec præfata Rectoris, & Consiliariorum electio consummata fuerit,quæ quidem electio fiat per cedulas eadem manuscriptas dumtaxat, & vt omnis suspitionis materia tollatur, & nè aliquis possit se ipsum eligere in Rectorem. Ordinamus quod postquam in clausstro ad dictam electionem faciendam omnes fuerint congregati, deputetur aliqua persona à dicto clausstro, quod aliquod signum ponat à tergo in prædictis cedulis, ita quod non sit locus mutandi aliquam ex cedulis, & loco illius ponendi alteram, & consequenter Rector, accepta prius pro se ipso cedula distribuat cuilibet Collegialium cedulas nominum omnium, & singulorum, qui secundum formam nostrarum constitutionum, possunt eligi pro illo anno. Singuli autem Collegialium ex dictis cedulis eligant quam conscientia dictaverit eligendam iuxta formam præstiti iuramenti, & reponat eas secreto in loco ad id designato, reliquas verò, quas reiecerint, apertè referent coram eisdem Rectore, & Consiliarijs, vel reponant eas in loco, secreto, etiam ad id designato, vt omnis fraudis occasio prosus tollatur. Deindè Rector præfatus cum Capellanis maioribus, & Notario clausstri, præstito prius per eos iuramento, quod nullo vnquam tempore publicabunt nomina, nec vota,nisi illius dumtaxat qui fuerit electus à maiori parte, vel illorum, de quibus in secundo, vel tertio scrutinio debet fieri electio, non exprimendo etiam tunc numerum votorum,scrutentur cedulas,& ille habeatur pro Rectore,cui maioris partis eligentium vota suffragentur, quod si in diversos vota dividerentur, ita quod nullus à maiori parte eligentium hac prima vice reperiretur electus. Tunc in continenti iterum, & secundo procedant ad electionem de illis personis duntaxat, quæ in prima electione plura vota habuerunt exclusis cæteris omnibus quæ pauciora (vt exempli gratia) si duo, vel plures habuerint singuli sex vota de istis solùm fiat electio, exclusis cæteris omnibus, qui à minori numero fuerint electi, sed si vnus dumtaxat habuerit sex tota, quia de vno non potest fieri electio,tunc de illo,vel de illis, quæ habuerint singuli quinque vota, & de isto qui habeat sex vota, fiat solummodo electio exclusis cæteris omnibus, & hæc eadem forma servetur quoties tali modo, electos in maiori,vel minori numero voces habere contingerit, vt videlicèt de illis solis fiat electio,qui fuerint in æquali maiori numero, etsi vnus solus fuerit in maiori numero, de illo,& de alijs dumtaxat, qui post ipsum fuerint in maiori æquali numero solummodo fiat electio exclusis cæteris omnibus habentibus,vel non habentibus vota. Sed si (quod absit) hac secunda vice, nullus à maiori parte eligentium fuerit electus,ita quod necessariò sit ad tertium scrutinium de-

veniendum. Tunc in continenti antequam exeant de clauſtro, deſtributis cedulis vt ſupra, iterum electio fiat tertio de illis dumtaxat qui à ſecunda electione plura vota habuerunt, ſicut diſpoſitum eſt. Et tandem in hoc tertio ſcrutinio, ille habeatur pro Rectore, cui plura vota ſuffragentur, etiam ſi nullus à maiori parte eligentium fuerit electus. Quia nollumus, quòd in huiuſmodi electionibus, vltra quam ad tertium ſcrutinium procedatur, nè ex dilatatione electionis prædictæ, Collegium diſpendium aliquod patiatur, item vt omnis contentionis, atque controverſiæ materia omninò tollatur, prohibemus, nè in huiuſmodi ſcrutinijs deveniatur ad collationē zeli ad zelum, nec meriti ad meritum. Sed ſi fortè in eo tertio ſcrutinio duo, vel tres, vel plures à pari numero reperirentur electi, tunc cedulæ nominū eorundem à pari numero electorum, priori loco reponantur, & ex dictis cedulis præfatus Capellanus, qui Miſſam celebravit, deducat vnam, quæ ei caſu obtulerit, & ſic ſorte eorum contentio dirimatur, contentuſque in dicta cedula habeatur pro electo in Rectorem. Nemini autem ceſſante neceſſitate, liceat exire de clauſtro, donec Rectoris, & Conſiliariorum fuerit conſummata electio ſub pœna amiſsionis veſtuarij illius anni, & quod ipſo facto privetur voce eligendi pro illa electione dumtaxat, & poteſtas eligendi maneat penès cęteros in clauſtro inter eſſentes. Volumus etiam quòd in huiuſmodi electionibus, & in omnibus actibus, & negotijs, quæ Collegialiter per clauſtrum ſecundum noſtras conſtitutiones debent expediri, teneatur Rector convocare omnes, & ſingulos Collegiales, in Oppidò exiſtentes, ſub pœna duorum florennorum, in qua ipſo facto incurrat pro qualibet vice quoties contrarium fecerit, & inſuper, vt omnibus melius innoteſcat, paulò antequam clauſtrum cōgregetur, convocentur omnes per ſonum campanæ. Sed ſi forſam aliquis, vel aliqui Collegialiū fuerint infirmi, vel alio quocunque impedimento detenti, vbicunque ſint, ſive in Collegio, vel extra Collegium, in Oppidò, vel alio quocunque loco extra Oppidum, niſi interſint electioni, nullatenus habeant vocem ad eligendum, nec poſsint alijs ad hoc comittere vices ſuas, ſed penès intereſſentes in clauſtro tantummodo remaneat poteſtas eligendi, cæterum poſt electionem Rectoris antequam exeant de clauſtro, vt præfertur, eligantur tres Conſiliarij: ita quod novus Rector, & Collegiales ſecreto per cedulas, prout in electione Rectoris diſpoſitum eſt, procedant ad electionem horum trium Conſiliariorum: & primo fiat electio vnius, & is habeatur pro Conſiliario electus, cui plura vota ſuffragentur, etiam ſi à maiori parte eligentium non fuerit electus: quòd ſi duo, vel plures de ijs, quibus plura vota ſuffragantur à pari numero reperirentur electi, tunc ſorte dirimatur inter eos, prout in electione Rectoris in caſu paritatis diſpoſitum eſt. Et facta electione vnius Conſiliarij ſtatim modo prædicto procedatur ad electionem alterius, & illa finita immediatè fiat

electio tertij Consiliarij. Tamen electo Rectore, & Consiliarijs, antiquus Rector exigat iuramentum à novo Rectore, de fideli administratione officij, iuxta formam iuramenti inferius annotatam. Et novus Rector exigat iuramentum à novis Consiliarijs. Et consequenter ab omnibus Capellanis, & Collegialibus, videlicèt, quòd obedientes erunt ipsi Rectori, & successoribus eius in omnibus licitis, & honestis, quæ istis nostris constitutionibus contraria non fuerint. Ad has autem electiones Rectoris, & Consiliariorū teneantur convenire omnes Collegiales, & etiam Capellani maiores tantummodo dicèt non habeant vocem ad eligendum, vt præfertur, sub pœna amissionis vestiarij pro illo anno, exceptis absentibus pro negotijs Collegij dumtaxat ac ijs, qui fuerint infirmi in Collegio iuxta tenorē nostrarum constitutionum.

De tempore Rectoriæ, & Consiliariatus. IIII.

STatuimus, & ordinamus, quod prædicta Rectoriæ, & Consiliariatus officia sint annalia, & Rector precedentis anni non possit iterum eligi in Rectorem, nisi duobus annis elapsis à tempore finitæ suę precedentis Rectoriæ computandis. Possit tamen eligi in Consiliarum elapso anno post finitam Rectoriam. Consiliarius autem non eligatur rursùs in Consiliarium, nisi elapso anno post finitum Consiliariatus officium possit tamen eligi in Rectorem. Et Rector, vel Consiliarius præcedentis anni, possit eligi medio tempore in Vicerectorē, vel vice Consiliarium. Nollumus autem quod aliquis Collegialiū in primo, vel vltimo anno suæ Prebēdę possit eligi in Rectorē, vel Consiliarium, nisi fuerit absens pro negotijs Collegij. Et tunc nisi venerit infra quindecim dies, eligatur loco ipsius Vicerector, vel Vice-Consiliarius servata forma infra in constitutione de absentia Rectoris, & Consiliariorum contenta. Quicumque Vicerector, aut Vice Consiliarius durante absentia sui principalis eadem habebit potestatem, quam haberet idē Rector, vel Consiliarius si præsens esset, & illis quindecim diebus antiquior Collegialis exerceat officium Rectoris, & vt infra in alia nostra constitutione continetur.

De absentia Rectoris, & Consiliariorum, & modo eligendi Vicerectorem, & Vice Consiliarios. V.

STatuimus etiam, quod si propter aliquam vrgentem necessitatem Re[illegible]

[illegible] cum suis funibus, mensa subtili[illegible] icanno. Lectulos verò cum suis tomis, mennam, tubelium, & scannum [illegible] dicta cum clave comegrales, & Capellani prædicti, & [illegible] quæcunque aliæ perso[illegible]æ, quibus de his Collegium providerit [illegible] gra præsato Collegio ante recessum ad eodem restituere. Pr[illegible] videmus [illegible]men de lectulis, mennis in Collegio, vt dicta [illegible] alicui personæ habere [illegible]las. vt js[illegible] is periculo, & aliis incommodis obvienre.

[illegible] Rdinamus insuper, quod [illegible] nes Rector, & Capellani, & Collegia[illegible] ues recipiant à Collegio per singulos annos in prima Dominica ad[illegible] ventus singulas vestes, vtuescer. tamdem cum capitio panni de bu[illegible] riel de Aragoni pr[illegible] ii. vnius florenii ad summum [illegible] minores, quorum singulus per biennium tantummodo [illegible] is cum capuc[illegible] conferatur, ita vt infra vnum annum ventus immediatè post suum ingres[illegible] dum [illegible] Collegio tradatur cum capitio, & de inceps à præ[illegible] dicta Dominica cōputetur huiusmodi bienn[illegible]

vice privetur portione vnius diei , pro ſecunda verò mulctetur portiones vnius hebdomadæ,pro tertia autem privetur portione vnius menſis. Etſi vltra tres vices in qualibet Rectoria in hoc deliquerit,ſoluat æſtimationē veſtuarij illius anni:ſed ſi appareat pertinaciter , vel in contemptum feciſſe expellatur à Collegio,nunquam amplius in eodem admittendus. Omnes ergo, & ſinguli in Capellanos,aut Collegiales recepti de novo teneantur infra mēſem ſuæ receptionis cæteris Collegialibus in habitu ſe conformare. Et prohibemus;ne aliquis prædictorum intraCollegium poſsit incidere ſine clamide prædicta, vel ſaltem talari toga diſcincta , quæ vulgò dicitur toga vſque ad medietatem clauſa,admodum illarum quibus intra Eccleſias vtuntur Canonici noſtræ Sanctæ Toletanæ Eccleſiæ , ſub pœna privationis portionis vnius hebdomadæ. Volumus inſuper, quòd omnes, & ſinguli ſupradicti, nec barbam nutriant,nec comam,ſed ſint conformes honeſtis Sacerdotibus.Nulli etiam prædictorum liceat extra Collegium prandere in Oppido,aut cenare ſine expreſſa licentia Rectoris,quam ipſe difficilimè præſtabit: & non niſi honeſta aliqua,& rationabili cauſa intervenienti. Qui autem contrarium fecerit puniatur graviter arbitrio Rectoris, & Conſiliariorum. Nullus inſuper ex omnibus , & ſingulis ſupradictis , ac alijs quibuſcumque intra Collegium commorantibus, audeat intra , vel extra ipſum arma portare : nec illa in ſuis cameris habere , ſub pœna privationis ordinariæ portionis per menſem , & amiſsionis armorum , caveant etiam ab omni ſeditione , murmuratione , & ſcandalo , maximè in refectorio. Qui autem in hoc deliquerit puniatur per Rectorem acriter, attenta qualitate perſonæ, & alijs circunſtantijs. Omnes autem ludos alearum,chartarum,taxillorum,ac omnia genera inſtrumentorū muſicorum in noſtro Collegio ſtrictiſsimè prohibemus , præter monachordium,aut clavicimbanum,dumtamen in his non nimis ſe occupent,nec etiam alios impediant. Permittimus tamen,quod in diebus feſtis poſt prandium,& de expreſſa licentia Rectoris , Regentes, & Collegiales , ac alij intra Collegium habitantes, inter ſe, vel cum ſcholaribus dumtaxat poſsint ſe exercere in aliquibus ludis honeſtis videlicèt, pilæ, ſaxi, ferri, ac alijs huiuſmodi corporalibus exercitijs, dum tamen lectiones, & alia exercitamenta , ſi qua illis diebus fieri deberent, nullatenus impediantur,& quòd in inferiori parte domus, ſcilicèt quòd in aliquo compluvio, & loco vbi ab extraneis videri non poſsint, ad ludendū recedant. Et Rector hanc licentiā non facilè concedat, ſed cum propter ſublevandos labores huiuſmodi honeſtas recreationes viderit ipſi concedendas. Si quis autem præfatos ludos prohibitos contra noſtram conſtitutionem exercere præſumpſerit , pro prima vice privetur portione vnius menſis,pro ſecunda verò ſoluat æſtimationem veſtuarij illius anni, pro tertia autem expellatur à Collegio. Qui verò alijs inſtrumentis muſicis , quàm ſupra præmiſsis vti attentaverit , pro prima vice privetur portione

tione vnius diei, pro ſecunda autem privetur portione vnius hebdomadæ, pro tertia verò privetur portione vnius menſis. Cæterùm prohibemus nè vnquam aditus aliquis, ſeu ingreſſus mulierum ad Collegium permittatur niſi de licentia Rectoris, quam non præſtet niſi attenta qualitate, & dignitate perſonæ, & ex iuſta cauſa. Et tunc aſsignet aliquam honeſtam perſonam, quæ ædificatia illius Collegij oſtendat.

De electione Capellanorum, & eorum officio, & qualitate, & quanto tempore permanebunt in Collegio. IX.

CVm ſuperius decreverimus, & ordinaverimus, quod in præfato noſtro Collegio ſint duodecim Capellani. Quorum duo ſint Capellani maiores, & vnus Sacriſta maior, & novem Capellani minores. Ideò ſtatuimus, & ordinamus, quod eligendus in Capellanum ſit Sacerdos ſecularis, vita, & moribus honeſtiſsimus, in miniſterio altaris, & cæteris Divinis Officijs habilis, & benè inſtructus, ad quod debent principaliter intendere electores, ſit etiam in litteris mediocriter introductus, nec eligatur niſi ad minus ſit Summuliſta. In electione verò alicuius in Capellanum, procedatur, vt in electione admittendorũ ad prebendas. Manebit autem quilibet Capellanus in Collegio per quadrienium tantummodo à die ſuæ receptionis, finito tamen dicto quadrienio poterit prorogari præfatum tempus per alios quatuor annos, non vltra, & hoc interveniente conſenſu duarum partiũ clauſtri ad minus. Prorogato verò tempore quadrienio, non cenſeatur vacaſſe dicta Capellania. Quòd ſi duæ partes non conſenſerint in eius prorogatione, ſtatim vacet eius Capellania, in cuius proviſione procedatur, ſicut ſuperius diſpoſitum eſt. Ad quam, ſeu ad aliam Capellaniam, ſeu Prebendam ſic excluſus nullatenus admittatur. Et volumus nihilominus, quod quilibet eorum durante tempore cuiuslibet quadriennij poſsit expelli per Collegium, dumtamen duę partes clauſtri in id conveniant. Capellanorum autẽ veſtes ſint omninò conformes veſtibus prebendatorum, quas à Collegio, ſicut ſuperius diſpoſitum eſt, percipiant. Capellani verò prædicti, vt melius poſsint in Divinis Officijs, & alijs, quę eis incumbunt, inſudare, non habeant in clauſtro vocẽ, & duo Capellani maiores, & Sacriſta maior nullatenus eligantur ad aliqua officia, aut onera Collegij, prẹterquam ad ea, quę in noſtris conſtitutionibus obligantur: teneanturque duo Capellani maiores ſinguli per ſuas hebdomadas, quotidie celebrare Miſſam diei cum cantu ſummo diluculo, vel alia hora arbitrio Capellæ in alteri maiori, cui omnes, & ſinguli Collegiales, Capellani, Portioniſtæ, & Cameriſtæ, & ſocij ſub pœna privationis vini, tàm in Miſſa, quàm in alijs horis, & Officijs Divinis ad quæ obligantur, & cum omni ſilentio intereſſe teneantur. Sed ſecunda feria cuiuslibet hebdomadæ dicatur Miſſa Defunctorum, & die

Sabbati Missa Beatissimæ Virginis, quibus diebus nihilominus dicatur Missa diei submissa voce. Capellanus etiam hebdomadarius teneatur mensam Refectorij in principio prandij, & cœnæ benedicere, & gratias Deo agere in fine, cui benedictioni, qui non inter fuerit, simili modo privetur vino ad mensam pro illa vice: teneatur præterea idem Capellanus hebdomadarius ministrare Sacramenta necessaria omnibus, & singulis habitantibus in Collegio tanquam proprijs parrochianis, ad quod tenore præsentium authoritate nostra ordinaria, & Apostolica nobis concessa, ac prout melius possumus licentiam impartimur, pariter & facultatem. Teneantur etiam omnes Capellani singulis diebus Dominicis, & festivis, qui colluntur à clero, & Populo, in eadem Ecclesia ante Missam maiorem decantare primam, & tertiam, vel tertiam, & sextam, & convenienti tempore secundas vesperas eiusdem diei dicere, & reliquis omnibus diebus etiam non festivis, teneantur dicere primam, vel tertiam ante Missam, vel sextam post Missam, & in crepusculo noctis completorium immediatè ante antiphonam Beatæ Virginis videlicet Salve Regina, & ante antiphonam Regina cœli suo tempore dicendam, ita scilicet quòd finita antiphona statim pulsetur ad salutationem Angelicam, & insuper præfati novem Capellani minores teneantur intendere, tàm circa ministerium alteris, quàm circa servitium Domus cum Officialibus, & alijs per so iis prout à Rectore, & Consiliarijs fuerint deputati, sicut superius dispositum est. Teneantur etiam paupēribus distribuere portiones post prandium, & cœnam, & habere curam omnium infirmorum, qui fuerint intra Collegium, & solicitare Medicos, & ægrotantium servitores, vt melius infirmus de omnibus necessarijs provideatur, prout per Rectorem singulis Capellanis minoribus iniungetur. Eligatur etiam singulis annis per Rectorem, & Consiliarios vnus ex præfatis novem Capellanis minoribus, qui recipiat à Rectore, & Consiliarijs, & thesaurario frumentum, & pecunias Collegijs pauperum scholarium secundum ordinem per nos designandum, distribuendas: quorum rationem eisdem reddere teneantur. Ad officium verò Sacristæ maioris pertineat custodia ornamentorum Ecclesiasticorum, & sacrorum vasorum, quæ per Rectorē, & Consiliarios pro Divino Officio celebrando sibi tradentur. Sit etiam solicitus in omni ornatu Ecclesię, prę sertim circa munditiam ornamentorū, & luminariorū, necnon formas hostiarū, & vinum, & candelas cereas, & reliqua necessaria prę paret ad Missas celebrandas. Ita quòd Capellani, & reliqui qui in Ecclesia S. Ildephonsi celebraverint, summo diluculo celebrare possint. Teneatur præterea providere omnia necessaria ad Divinum Officium, ita quòd nihil eorum, quibus opus est, ad celebrationem Missarum, & aliorum Divinorū Officiorum opportuno tēpore desint, habeatque prę fatus Sacrista maior duos ex minoribus Capellanis, qui in omnibus quę ad eius officium

spe-

ſpectant de mandato, & arbitrio Rectoris eum coadiuvare teneantur. Recipiantque Rector,& Conſiliarij à prefato Sacriſta maiore ſufficientem cautionem pro adminiſtratione ſui officij, & ſecuritate, & indemnitate eorum, quæ ſibi tradentur.

De abſentia Collegialium, & Capellanorum. X.

VOlumus etiam, quòd ſi aliquis ex Prebendatis,vel Capellanis voluerit àCollegio ſe abſentare,habeat duos menſes petita perſonaliter, licentia à Rectore,quã teneatur ei concedere,niſi ex aliqua iuxta cauſa Rectori videretur eſſe negandam licentiam,aut differendã: vnde volumus,quod per integrum diem ante diſceſſum ſuum teneantur quilibet Capellanus,vel Prebendatus petere licentiã prędictam:ſed ſi ingruat talis neceſsitas diſcedendi,quod propter moram vnius diei immineret aliquod periculum,tunc teneatur Rector petitam licentiam ſtatim concedere, facta ſibi fide de prefata neceſsitate, ſaltem per iuramentum petentis. Sed nulli ex Capellanis, vel Prebendatis liceat à Collegio diſcere,quin dimittat fideiuſſorem pro debitis,ſi in aliquibusCollegio fuerit obligatus:nec poſsit diutius abeſſe, niſi ex vrgenti cauſa, & tunc teneatur per ſe tempore ſui diſceſſus,vel poſt per procuratorem ſui petere licentiam à Rectore,& Conſiliarijs,& explicare cauſam ſuę abſentiæ, & iurare eam eſſe veram, etſi Rectori, & Conſiliarijs viſum fuerit prorogandum ei eſſe terminum, prorogetur: dummodo non poſsit vltra alios duos menſes ei concedere. Sed ſi in conceſsione huiuſmodi licentiæ Rector cum vno Cõſiliario diſſentiat ab alijs duobus Cõſiliarijs prevaleat pars Rectoris.Si verò tres ab vno diſſentiãt prevaleat ſentẽtia triũ: &hoc ſit regula generalis in omnibus negotijs decidendis per Rectorẽ, & Cõſiliarios.Quo ſecũdo elapſo termino,ſi adhuc nõ redieritCapellanus,velCollegialis abſens perdat Prebẽdã,velCapellaniã,quia nollumus, quod in tempore vniusRectorię aliquis poſsit vltra quatuor menſes cõtinuos,vel interpolatim abeſſe. Et qui in vna Rectoria non acceperit integros quatuor menſes non poſsit reſiduum accipere in alia;liceat tamen licentiam inceptam in vna Rectoria continuare in aliam;dumtamen cõputentur ei in quatuor menſibus ſequentis Rectorię. Si quis verò propter abſentiam, vel aliam cauſam privatus fuerit Præbenda, vel Capellania non admittatur amplius ad oppoſitionem,quia nolumus, quod ſemel expulſus à Prebenda,vel Capellania amplius ad eam admittatur: verum tamen ſi abſens detineatur gravi infirmitate, vel in carceribus ſine culpa ſua,non perdat Collegium,de quo impedimento,teneatur monſtrare autenticum inſtrumentum Notarij, cum tribus, vel quatuor teſtibus adiuratis coram iudice,quorum teſtium, vnus ſit Medicus, ſi infirmitate detentus fuerit.Elapſis verò dictis quatuor menſibus nonpronuntietur ſta-

tim abſentis Prebendam vacare, ſed expectetur per quindecim dies vt poſsit oſtendere impedimentum carceris, vel infirmitatis, vt dictum eſt. Reputetur autem in hoc caſu, & in ſimilibus, quilibet menſis habere triginta dies, ad tollendam inſuper ambiguitatem. Ordinamus, quòd cum datur alicui licentia abeundi ſcribatur in libro abſentiarum, notando diem, & perſonam, vel perſonas à quibus obtinuit licentiam, qui etiam, in eodem libro ſe ſub ſcribant, & hic liber ſit penes Rectorem, & ſimiliter Rector teneatur facere, ſcribere abſentias illorum qui ob infirmitatem, vel aliam cauſam abfuerint à Refectorio, etſi præfatæ perſonæ fuerint intra Domum, necnon abſentias illorum qui pro negotijs Domus abfuerint, quod totum per ſe, vel per aliquem ex Capellanis minoribus, quem ad hoc duxerit eligendum omninò adimplere teneatur. Nec prius Rector concedat alicui licentiam abeundi extra Oppidum, quàm is cui eſt concedenda præſentaverit Rectori cedulam diſpenſatoris maioris, per quam conſtet, quod in ſuo libro ſcripſerit diem receſſus illius, qui vult obtinere licentiam. Alioquin ſi in præmiſis, vel aliquo præmiſſorũ Rector repertus fuerit negligens, vel culpabilis vltra damna, & inter eſſe Collegij, ad quę omninò teneatur, pro prima vice puniatur pęna duorum florennorum, pro ſecunda dupliciter, pro tertia privetur veſtuario illius anni. Et volumus quod iſti quatuor menſes, & totum tempus abſentiæ iuſti impedimenti ſicut præmiſſum eſt, computetur prebendato in termino octo annorum quos habeat ad permanendum in Collegio.

De miſsione prebendatorum extra Collegium. II.

STatuimus inſuper, quod ſi pro negotijs Colegij opus ſit mittere aliquem Prebendatum, vel Capellanum de minoribus extra Collegium, teneatur Rector convocare clauſtrum, in quo clauſtro electus ad huiuſmodi negotia, teneatur, aceptare legationem etiam ſi ad Romanam Curiam mittatur, ſub pœna expulſionis à Collegio. Poſtquàm verò acceptaverit legationem teneatur Collegium providere ei de pecunijs neceſſarijs ad victum, & de iumento, & Famulo, & cæteris quæ occurrerint providenda, ita quod expenſæ quotidianæ taxentur ei hoc modo. Quod ſi mittendus debeat gerere negotia domus intra regnum, nõ poſſit ei aſsignari niſi vſque ad tres argenteos ad ſummum pro quolibet die prętерquàm in curia, vbi poterit aſsignari vſque ad quatuor, ſi verò mittatur ad Curiam Romanã, aut ad alium locũ extra regnum, tunc poſsit ei dari ad ſummum, vſque ad quinque argenteos pro quolibet die, dummodo vbicunque ſteterit habeat iumentum, & Famulum, & infra prefatas ſummas poſsint Rector, & Conſiliarij taxare quotidianas expẽſas habito reſpectu ad abundantiã temporis, & qualitatẽ loci quo mittitur, nec

ei

ei vltra ſummam taxatam aliquid recipiatur in computum. Quod ſi aliquando minores expenſas fecerit, teneatur reſiduum reddere Collegio ſuper quo eius conſcientiam oneramus, & totum illud tempus ſuæ abſentiæ pro gerendis huiuſmodi negotijs non computetur ei in loco abſentiæ ſuorum quatuor menſium, quos habet per annum, nec computetur in tempore octo annorum. Et vt fraus omninò in huiuſmodi miſſionibus evitetur. Volumus quod Rector, vel aliquis ex Conſiliarijs ad hoc non eligantur, niſi duabus partibus Collegialium videretur per aliquem ex eis vtilius, & honorificentius, quàm per aliquem alium poſſe ipſius Collegij, & Vniverſitatis negotia procurari. Et ad tales vſus volumus quod Collegium habeat vnam Mulam, ſive honeſtum jumentum cuius curam gerat vnus ex Familiaribus, & vt pro negotijs Domus cum neceſſe fuerit non deſit, prohibemus omninò, quòd nec Rector, nec totum clauſtrum, præfatum jumentum, vel Mulam, Collegialibus, nec alicui perſonæ mundi poſsit commodare. Sed dumtaxat abſque aliqua fraude, & dolo, pro negotijs ipſum Collegium ſolummodo concernentibus eo vtantur, quicunque verò contrarium fecerint, vltra omnimodam ſatisfationem damni, & intereſſe ad quam omninò teneantur, eo ipſo perdant veſtuarium illius anni, vel eius æſtimationem quoties contravenerint.

De electione Familiarum. XII.

STatuimus etiam, quod cum vacaverit locus alicuius Familiaris eligatur alius in Familiarem ad votum omnium Collegialium. Modus autem eligendi ſit per cedulas præcedenti diligenti informatione, inter ipſos Collegiales ſuper vita, & moribus eligendi. Et ille habeatur pro electo qui plura vota habuerit, ſed ſi duo aut plures æqualia vota habuerint, tunc ſortè dirimatur, qui autem repertus fuerit litteras commendatitias, vel prçces pro ſuo ingreſſu procuraſſe, eo ipſo efficiatur inhabilis talis oppoſitor ad Familiariatum pro illa vice. Locus verò, & tempus iſtius electionis, relinquitur arbitrio Rectoris, dummodo futuri Familiaris electio vltra octo dies non differatur, niſi de conſenſu clauſtri propter aliquam rationabilem cauſam. Familiaris autem non poſsit permanere in familiariatu vltra duos annos præciſsè, quibus finitis vacabit locus ipſius, ſed poterit iterum ſe opponere, non tamen admittatur, niſi ex conſenſu duarum partium clauſtri: Familiarium abſentia ſit ad arbitrium Rectoris, dummodo vltra duos menſes non differatur tempus ipſius abſentiæ quolibet anno, ſivè ſimul, ſivè interpolatim, quam licentiam non concedat Rector, niſi pro cauſa iuſta, & honeſta. Finitis verò præfatis duobus menſibus

Familiaris adhuc abſens perdat locum ſuum in Collegio. Hi autem Familiares erunt ſubiecti Rectori, adeò vt etiam ad propria negotia poſsit illis vti in hoc Oppido. Et quandocunque Rector extra Collegium, & intra ambitum loci exierit poſsit ſecum ducere vnum Familiarem vltra ſocium Prebendatum, vel Capellanum. Quilibet iſtorum Familiarium poterit expelli à Collegio per Rectorem quando viderit expedire, etiã ſi nullum delictum commiſſerit, dummodo fiat de conſenſu Conſiliariorum, & non aliàs. Si tamen repertus fuerit aliquod crimen, vel delictum commiſiſſe expellatur à Collegio. In levibus autem poterit Rector, citra pœnam expulſionis pro arbitrio ſuo ipſum caſtigare, vel punire omni prorſus appellatione poſtpoſita. Præterea nullus eorum qui antea fuerit Familiaris alicuius ex Collegialibus, vel ex alijs quibuſcunque in Collegio commorantibus poſsit admitti ad Familiariatum. Familiaris autem qui poſt feſtum Sancti Lucæ, ad Familiariatum admittitur recipiat pro ſalario partem, quæ prorata temporis ei debebitur ſecundum onus, aut officium ſibi iniunctum, vt ſuperius dictum eſt.

De Portioniſtis neceſſario in Collegio recipiendis. XIII.

ORdinamus etiam, quod ad honorem Domus, & augmentum exercitij litterarum, Rector, & Conſiliarij teneantur accipere intra Collegialium clauſuram habiles, & honeſtos ſcholares tot quot cameræ ſuper excreſcentes capere poterunt, quos volumus appellare Portioniſtas, nec aliquem qui fuerit ſic calificatus deſinant in Portioniſtam admittere ſub excommunicationis pœna, quam ſi ſecus fecerint eo ipſo incurrant. Qui aſſumendi ſic in Portioniſtas teneantur dare operam Summulis, vel Logicæ, ſeu Phyſicæ, aut Theologiæ, etſi ſecus fecerint expellantur ſtatim à Collegio. Præfati verò Portioniſtæ ſubiaceant Rectori ſicut Prebendati, & comedant in menſa Refectorij, & ſedeant poſt Collegiales, & Capellanos, & commorentur in alijs cameris Collegij, ſeorſum à Collegialibus, niſi propter alicuius ipſorum dignitatem, merito fuerit inter Collegiales arbitrio clauſtri, vel maioris partis ipſius Collegij collocandus. Poſsint tamen inter eos commorari aliqui Collegiales, qui eos regant ad arbitrium Rectoris, & Conſiliarium. Inter præfatos etiam Portioniſtas in ſuis ſeſsionibus, ſervetur ordo quem inferius decernimus inter Prebendatos obſervari hoc excepto, quod Sacerdotes inter eos ſi qui fuerint præferantur cæteris Portioniſtis non graduatis, & non liceat eiſdem exire à Collegio abſque licentia Rectoris, ſed non aſtringantur ire aſſociati, teneantur legere in menſa ſuo ordine non tamen obligentur ad reliqua officia Domus præterquam ad opera officioſa, & virtuti conſentanea. Et teneantur quilibet Portioniſta

ſolvere ſingulis annis viginti ducatos auri, quę ſumma, vel pretium nunquam poſsit minui, poterit tamen augeri pro qualitate temporis, & victualium penuria, & cariſtia ad arbitrium Rectoris, & Conſiliariorum; ſed nunquam cenſeatur penuria, ſeu cariſtia aliqua, niſi quando faneca frumenti exceſſerit valorem vnius florenni auri de Aragonia: & tunc Rector, & Conſiliarij non poſsint arbitrari, ſive augere vltra quinque ducatos, ſuper præfatam ſummam viginti ducatorum, & ceſſante dicta penuria, nullatenus poſsint exigere vltra præfatos viginti ducatos. Et nè Portioniſtæ in præſtando fideiuſſores pro prædicta ſumma ſolvenda graventur, volentes eorum, & Collegij in ſimul indemnitati conſulere. Ordinamus, quod antequam recipiantur, ſolvant tertiam partem prædictę ſummę, deindè, lapſis primis quatuor menſibus, ſolvant aliam tertiã partem, & in fine octo menſum à die receptionis ipſorum ſolvant reſiduum totius ſummę, quod ſi aliquis elapſo primo tertio non ſolverit totam quantitatem ſecundi, & elapſo ſecundo non ſolverit totam quantitatem vltimi tertij expellatur à Collegio, nec poſsit expectari, niſi per vnum, aut ſaltim duos dies duntaxat, quam ſolutionem realiter, & cum effectu facere teneantur omni fraude, & ſimulatione ceſſante, alias ſi contrarium factum fuerit Rector teneatur ſatisfacere Collegio præfatam ſummam, & nihilominus pro prima vice ſolvat tres florennos, pro ſecunda duplicetur, pro tertia amittat veſtuarium illius anni, & vt materia evagandi præfatis Portioniſtis magis tollatur, & nutricationes rationum evitentur ſtatuimus, quod poſtquam aliquis ex Portioniſtis ceperit reſidere, ſive in initio ſuæ receptionis, in principio cuiuslibet tertij per quantumcumque parvum tempus ſteterit, etiam ſi per diem, ſi poſtea ſe abſentaverit, teneatur ad omnimodam ſolutionem totius tertij, ac ſi prę ſens interfuiſſet, ita quod pro tempore cuiuslibet abſentię nihil diminuatur Collegio, nec ipſi aliquid reddatur de prę fata quantitate, ſub dictis pęnis, nec concedat Rector alicui ex prę fatis Portioniſtis licẽtiã abeundi extra Oppidum prius quam is qui petit, prę ſentaverit Rectori cedulam ſubſcriptã nominibus diſpenſatoris maioris, & ſcribę Collegij, cui incumbit dies ingreſſuũ Portioniſtarũ, & eorundẽ ſolutiones ſcribere per quã cõſtet, quod vterque illorũ ſcripſit in ſuo libro dies diſceſſus huiuſmodi Portioniſtę, ſub pęnis in cõſtitutione vndecima de abſentia Collegialiũ, & Capellanorũ contentis. Pro prędicta autẽ pecuniarum quantitate recipiat quilibet à Collegio portionẽ, ſicut prębendati. Prouideatur etiã eis de cameris cum ſuis clavibus, lectulis ligneis cũ ſuis funibus, & menſa, & ſubſelio, & ſcamno, tonſore, & lotrice ſicut Collegialibus, & quoties cõtingerit aliquẽ, vel aliquos ipſorũ ęgrotare, prouideatur eis de Medico, ſed non dabuntur medicinę, permanebit autẽ quilibet

Portioniſta in Collegio, vſque ad finem ſui curſus artium, ſi fuerit artiſta, & ſtudendo Theologiam, poterit etiam manere per alios quatuor annos, & non vltra, præter quam ſi ingrediatur curſum Theologorum cum alijs ſui temporis, nam tunc poterit manere intra Domum vſque ad Magiſterium in Theologia. Si verò fuerit regens poterit manere in Collegio, toto tempore quo regentaverit. Et non poſsit expelli à Collegio, niſi de conſenſu duarum partium clauſtri, & iuxta cauſa intervenienti, ſi tamen aliquis ipſorum fuerit abſens à Collegio vltra ſexaginta dies continuos, vel interpolatos in vno anno, eo ipſo camera ſua poſsit tradi alteri, ſi verò fuerit abſens per quatuor menſes ipſo facto perdat etiam locum in menſa refectorij. Etſi ab fuerit vltra annum, & voluerit iterum recipi ſoluat pro ſuo ingreſſu, ac ſi denuo reciperetur. Et inſuper præfati portioniſtę non poſsint habere portiones ſuas extra refectorium. Omnes autem, & ſingulę perſonę de novo in Collegio receptę, ſivè ſit prebendatus, ſivè Capellanus, vel Portioniſta, in ſuo primo ingreſſu teneatur dare aliquid pro melioratione portionis, ita tamen, quod Capellanus maior, aut prebendatus non dent minus quam duos ducatos, Portioniſtę, autē, aut Capellanus minor non minus, quam vnum. Sed nullo modo poſsint vltra prędictam ſummam dare, nec ad id poſsint cōpelli, & hoc ſit ad evitandas maiores expenſas, quę in talibus caſibus fieri ſolent: volumus inſuper, & diſtrictè iniungimus Rectori, quod ſaltem ſemel in menſe teneat capellam præfatis Portioniſtis, vt eos poſsit inſtruere tàm circa mores, habitum, & honeſtatem, quam etiam circa ſtudium, atque alia quæcunque viderit corrigenda.

De Cameriſtis, & ſocijs Cameriſtarum, ac tredecim pauperibus eligendis.

XIIII.

AD maiorem inſuper dilatationem doctrinę, & exercitij ſcholaſtici in noſtro Collegio, ſtatuimus quod in ędificio, ſivè compluvio, quod vulgò dicitur patio, noſtri Collegij, quod vergit verſus meridiem, ſint tredecim pauperes ſcholares qui vocentur cameriſtę, & iſti ſint Logici, vel ad minus Summuliſtę, & eligantur arbitrio Rectoris, & Conſiliariorum habendo reſpectum ad bonam habilitatem, & eruditionem eorum, ſic quod cæteris paribus, præferatur ille qui fuerit altioris lectionis. Electus in cameriſtam durabit per duos annos, in ſuo loco, quibus finitis vacabit, ſed poterit iterum ſe opponere, & cæteris paribus præferantur alijs oppoſitoribus, ſed finitis iterum duobus annis non poterit amplius eligi in cameriſtam, niſi per quatuor annos ad ſummum, & quilibet iſtorum habebit annuatim à Collegio elemoſynam duorum florennorum auri, & ſubiacebunt iudicio, & correctioni Rectoris ſine aliqua appellatione. Expelli tamen à Collegio nō

poſ-

poſsint, niſi de conſenſu Conſiliariorum, habebit autem Rector ad ſui exonerationem conſtituere vnum viſce-Rectorē pro cameriſtis qui ſit de numero ipſorum. Et volumus etiam, quod cum eiſdem cameriſtis,& in ſuis cellis collocentur alij ſcholares pauperes, qui vocentur ſocij, & iſtorum non ſit determinatus numerus,ſed ſint tot,quot camerę ipſę poterunt capere convenienter, & ſint ad minus Sumuliſtę. Hi etiam obſervabunt conſtitutiones ſupradictas cameriſtarum, & erunt ſubiecti correctioni Rectoris,vel Vice-Rectoris ſicut cameriſtæ, & non habeant in Collegio, niſi cameras gratis. Ordinamus inſuper quod vltra prædictos ſocios, vel ex eis ſi videretur, ſint continuo tredecim pauperes Artiſtæ, qui adminus ſint Sumuliſtæ,& eligantur ad arbitrium Rectoris, & Conſiliariorum, in quorum electione præferantur illi qui fuerint honeſtiores, & doctiores, quibus quotidie dentur fracmenta pannis,& reſiduum carnium,& aliorum ciborum totius Refectorij, cum brodio. Cum quibus proviſis ſi aliquid ſuperfuerit, detur alijs ſcholaribus pauperibus indifferenter. Hi verò tredecim nulli prorſus ſerviant, niſi Collegio in communi, vt magis ſtudio litterarum proficiant.

De hora prandij, & cœna, & de modo ſerviendi ad menſam,& lectione ibidem facienda. XV.

STatuimus, & ordinamus, quod per ſingulas hebdomadas ponantur in menſa Refectorij mantilia mundu,& mapę ſive panniculi mundi, & quotidie tempore prandij,& cœnæ, diſtribuantur ſingulis Rectori, & Collegialibus, Capellanis, ſingula vaſa argentea ponderis vinus marchę, & certę formę, quę nos eidem Collegio largiti ſumus, vt in eis decentius in Refectorio Collegialibus pocula miniſtrarentur, quorum cuſtodia per Rectorē,& Conſiliarios committatur illi, qui poſtremo ad prebendam,vel Capellaniā receptus fuerit,ſive alicui alteri ex Collegialibus,vel Capellanis, prout eis melius, & cautius videbitur providendū, Portioniſtis tum provideatur ſemel de ſingulis vaſis vitreis,liceat tamen eis habere ſuis expenſis ſingula vaſa argentea dummodo ſint eiuſdē ponderis, & formę vaſorum Collegij prędictorum: detur & vnicuique gladius,& ſalinum,ac vrceus aquę,quę omnia ęqualiter,& communiter diſtribuantur omnibus ſedentibus ad menſam,vt prędmittitur, & omnes eodem cibo, & ęquali portione, ac eodem modo prędparata vtantur, ſed ſi venerint poſt miniſtrationem cuiuſcunque ferculi, perdant pro illa vice fercula, ſive fructus qui fuerint miniſtrati, ita quod non ſpectentur, ſed omnes in ſimul ſurgant à menſa,nec pro illa vice aliquid amplius eis miniſtretur. Hora autem prandij,& cęnę varietur iuxta diverſitatem temporum pro arbitrio Rectoris,& Conſiliariorum. Prędterquam ſi aliquando

do maiori parti clauſtri aliter viſum fuerit cęterum nulliPrebendato,vel Capellano,aut Portioniſtę,nec alicui alteri detur aliquid de ſua portione extra Refectoriũ,nec eis liceat quoviſmodo recipere,nec aliqui eorũ poſsint intereſſe,vel cum quocunque extraneo quantumcunque conſanguineo,vel coniuncto in ſuis cellis,vel alibi intra Collegiũ in ſimul prandere,vel cęnare,aut alia quęcunque convivia,vel collationes quoviſmodo facere,ſub pœna, quod quicunque dederit, vel receperit aliquid de ſua portione extra Refectorium , vel ſimul cum altero extra Refectoriũ in Collegio(vt præfertur)comederit,ſi fuerit Collegialis,vel Capellanus, pro prima vice privetur ordinaria portione per menſem , pro ſecunda verò perdat veſtuarium illius anni,pro tertia autem expellatur à Collegio, ſed ſi fuerit ex Portioniſtis,pro prima vice privetur portione quindecim dierum, pro ſecunda verò vnius menſis, pro tertia verò expellatur à Collegio. Si autem fuerit ex Familiaribus,ſtatim expellatur à Collegio , nullatenus in eo amplius admittendus. Familiares inſuper capite detecto ſerviant menſæ,qui poſt primam menſam Rectoris,Collegialiũ, & Capellanorum,ac Portioniſtarum comedant,& ſedeant iuxta ſuas antiquitates in menſa inferiori , inter Familiares autem deputentur duo, aut plures qui dividant portiones,aſsiſtatque eis ad ordinationes,& diviſionis portionis , Collegialis , vel Capellanus ex minoribus vltimo in Collegio receptus,cum quo teneatur adeſſe per duos primos menſes ille, qui idem officium vltimo exercebat.Et Familiares deputati pro diviſione portionum ſint ijdem ipſi , qui cibos condiendos , appenſos libratos coquo tradiderint,vt poſsint deprehendere an in ratione dati,& accepti fraus,ſive diminutio aliqua interveniat,quod ſi caſu compererint, teneantur Familiares ſub pœna expulſionis Rectori ſtatim revelare: cuius arbitrio delinquentes in hoc debite puniãtur. Ordinamus inſuper,quod durante prandio,vel cœna in Refectorio non deſit lectio ſpiritualis, ſed tẽpore prandij legatur ordinarie lectio de Biblia,& tẽpore cęnę poſsint legi alij Libri Sanctorum,& aliorũ Doctorum,qui ſint de approbatis ab Eccleſia pro arbitrio Rectoris, & Conſiliariorũ ad prefatas verò lectiones,vt prefertur,in menſa legendas teneantur Collegiales,&Capellani,& Portioniſtæ ſucceſivè per ſuas hebdomadas , incipiendo ab eo qui vltimo fuerit receptus, exceptis Rectore, & Regentibus, & Doctoribus in Theologia, in abſentia verò Rectoris, vel Vice-Rectoris ad Collegialẽ qui in eminentiori loco ſedet ſpectet facere ſignũ in menſa,quando lector ceſſare debeat à lectione,& cũ finitũ fuerit prandiũ,vel cęna, facere etiã ſignum ad gratias perſolvendas, & quia in pronuntiatione lectionis ad menſam, poſſet cõtingere aliquẽ ex lectoribus incongruè,ſive minus erudite proferre,id circo huiuſmodi defectus qui acciderint in legendo

cor-

corriget, & emendabit antiquior ex Regentibus in Theologia ibidem existentibus, & in eorum absentia antiquior ex Magistris in Theologia, quibus absentibus, emendabit Lector antiquior ex Regentibus Artium. Et Deindè Bacchalarij formati in Theologia, & postea cæteri Magistri in Artibus secundum suas antiquitates, & post eos cui Rector commisserit. Caveant autem omnes ad mensam sedentes, & etiam omnes Familiares servientes, ab omni seditione, & murmuratione, & scandalo, & strepitu, vt legens attente ab omnibus audiatur, sub pœna, pro qualitate rei, & temporis, ac personarum acriter arbitrio Rectoris imponenda, & exequenda. Nemini etiam ex omnibus, qui in nostro Collegio pro tempore residebunt, liceat coquinam, vel alia cellaria victualium intrare, illis dumtaxat exceptis, quorum intererit ratione officiorum suorum in cellarijs ipsis versari, vel coquinam ad præparandos, & condiendos cibos intrare, teneantur tamen præfati Officiales suas officinas claudere, sub pœna per Rectorem imponenda. Qui verò præter istos Officiales in easdem officinas, vel aliquam ipsarum, ingressus fuerit, tam Collegialis, vel Capellanus, vel Portionista, privetur vino per illum diem, vel etiam si Rectori videbitur tota portione illius diei. Permittimus tamen, quod in tempore hyemis liceat eis paulò ante horam prandij, & cœnæ, habere ignem ad se calefaciendum in aliquo decenti loco omni modestia servata, in Refectorio verò nullatenus prunæ incendantur.

De ordine sedendi ad mensam, & portionibus distribuendis.

XVI.

AD tollendas ambitiones circa locorum honores, volumus, quod immediatè post Rectorem, qui tàm in mensa, quàm in claustro debet habere supremum, & honoratissimum locum, & in omnibus alijs actibus, & negotijs, cum ipse sit caput omnium aliorum, sicut præmissum est, à dextris, & sinistris ipsius consequenter sedeant Collegiales regentes Theologi, vnusquisque iuxta prioritatem assecutionis suæ regentiæ, deindè cæteri Doctores Theologi, secundum suas antiquitates, in gradu susceptо in hac Vniversitate, & succesivè Magistri Regentium artium collocentur secundum suas antiquitates in regentia huius Vniversitatis, postea duo Capellani maiores propter honorem sui officij, & deinde cæteri prebendati, & Sacrista maior, & Capellani minores inter quos volumus, quòd præcedant graduati, dumtamen fuerint graduati in hac Vniversitate, & inter graduatos præferantur illi, qui habent superiorem gradum. Ita quod Bacchalarius formatus in Theologia præcedat Magistro in Artibus, Magister Bacchalario

Theo-

Theologo non formato, poſt iſtos autem nemo reputetur graduatur quantum ad ordinem ſedendi, & præcedendi, etiam ſi ſit inter eos Bacchalarius, vel Licenciatus in Artibus, ſed inter graduatos æquali gradu præcedat antiquior in gradu accepto in hac Vniverſitate. Prebendati verò, & Sacriſta maior, ac Capellani minores non graduati ſedeant, Prebendati inter ſe, & Capellani inter ſe poſt Sacriſtam maiorem, iuxta ordinem ſuarum antiquitatum. Sed ſi aliquis gradum Magiſterij, ſeu Bacchalarij formati acceperit mutet locum, aſcendens ſuperius ſuper non graduatos, etſi eſſet poſterior in aſſecutione prebendæ, & iuxta ordinem prædictum ſeſsionis ſervetur ordo præcedendi in omnibus alijs actibus, & negotijs: volumus tamen, quod in primo anno ſui ingreſſus ſedeant graduati tàm in Refectorio, quàm in Clauſtro ſecundum ordinem ſuarum receptionum, non habitu reſpectu ad gradum, tranſacto verò anno aſcendant iuxta qualitatem ſui gradus. Nec poſsit aliquis renuntiare præeminentiæ ſui gradus. Qui verò huiuſmodi renuntiationem exigerit, aut in clauſtro propoſuerit, eo ipſo ſit excomunicatus, & expellatur à Collegio, præterquam ſi talis electus illo primo anno gradum Doctoratus in Theologia conſequutus fuerit, aut regentiam aliquam noſtræ Vniverſitatis, nam in illo caſu ſtatim aſcendat ad locum ſibi debitum ſecundum tenorem noſtræ conſtitutionis. Et idem volumus, ſi aliquis regens ad Prebendas noſtri principalis Collegij fuerit admiſſus. Ordinamus inſuper, quod vnuſquiſque Collegialis, Capellanus, aut Porcioniſta habeat in menſa Refectorij pannem, & vinum ad ſobriam ſaturitatem, ita quod per diem non poſsit dari vnicuique ad ſummum, niſi medietas menſuræ vini, quæ vulgo açumbre dicitur, nec diſpenſatori amplius poſsit recipi in computum, & in diebus carnium libra cum dimidia de carnibus arietinis, pro prandio ſimul, & cœna. Teneatur etiam Collegium providere menſæ de ſale, aqua, carnibus ſuilis infra deſignatis, & de oleribus, & fructibus, ſic, quod in oleribus, & fructibus diſpenſator pro ſingulis triginta comedentibus ad menſam, poſsit expendere argentum vnum cum dimidio. Nec amplius quoviſmodo, vel pro quibuſcumque alijs ſedentibus erogare poſsit. In diebus verò quibus eſus carnium prohibetur, loco carnium ſuccedant piſcamina, vel ova, aut alia quæ permittuntur in talibus diebus in eodem precio. Et quia in ſimilibus diebus, vt plurimum fieri ſolent maiores expenſæ, pro condimentis ciborum, volumus quod vltra argentum vnum cum dimidio, quod in diebus carnium dabitur pro oleribus, & fructibus (vt dictum eſt) addere poſsint pro oleo, aceto, melle, butiro, leguminibus, oleribus, fructibus, ſpeciminibus, ac alijs quibuſcunque condimentis, & ſculentis, reſpectu ſingulorum triginta prædictorum, aliud argentum cum dimidio